

DECANUS FACULTATIS THEOLOGICÆ
JOHANNES MUSÆUS, SS. THEOL. D. ET P.P.

L. S. D.



Controversia ardua est, quæ de militante in terris Ecclesia Christi nostratibus Theologis cum Pontificiis intercedit: Sine ea, propriè loquendo, certus quidam hominum oculis pervius, sive visibilis cœtus? De qua seculo superiori, quando lux Veritatis Evangelicæ, tenebris Papisticis depulsa, Dei immensâ bonitate & gratiâ Luthericæ indefessâ operâ, suo pristino nitore restituta est, magna animorum contentione disceptari cepit, & adhuc hodieque in utramque partem acerrimè disceptatur. Cum enim in vestros in Ecclesiam errores abusisque *Lutheri* ceterique purioris Theologiæ Doctores ad Scripturæ normam expenderent, impugnantque; Pontifici contra, nec prævaluerint, nec prævaliturae sint unquam; vel certè in illis residere vim & firmitatem, quâ ad sustentandam veritatem cœlestem Ecclesia columnæ & stabilimentum veritatis, cui inferiorum porte magnâ tamen confidentiâ asserunt; ita Nostri negabant strenuè, in paradoxis habentes, regnum Christi, quod, dicente ipsemet Christo, non est de hoc mundo, easque vim & robur invicem residere in hominibus, rerum mundanarum potius, quam animarum curâ; & gubernandis potius provinciis ac regnis, armisve ad debellandos hostes, quam prædicando Verbo Dei ad docendam viam salutis districtis: acceritisque ex Scriptura argumentis demonstrabant, Ecclesiam, quæ memoratis gaudet prærogativis, consistere in universâ, toto orbe diffusâ, verè credentium & sanctorum multitudine: esse enim eam *edificatam super Petram Christum, Matth. XVI. 18. esse superstruatam super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, imò angulari lapide existente Jesu Christo, Eph. II. 20.* quod solis per orbem diffusis verè credentibus & sanctis conveniat; & quemadmodum fide, nostro conspectui haud obviâ, Ecclesia super petram Christum edificata, & nullibi non cum hypocritis & malis permixta est, ita eandem non magis, quam infixam credentium cordibus fidem, hominum oculis conspicuâ esse, ut distinctè cognosci & ab admixtis hypocritis & malis discerni non possit. Investiganda igitur quæstio est, non de quovis cœtu, Ecclesiæ nomen, jure? an injuriâ? sibi vendicante, sed præcisè de Ecclesia, cui prædicatæ prærogativæ propriè conveniant, vertiturque controversiæ cardo in hoc: an Pontifex Romanus, vel visibilis ille cœtus, quem inter & locum invenit Auctor nuperi Scripti anonymi, quod hoc ipso anno prodit Coloniz Agripp. sub titulo: *Perpetua Lux & Visibilitas Ecclesiæ Christi, opposita tenebris & invisibilitati Ecclesiæ Lutheri &c.* Vertit sese Auctor in omnes partes, & corradit undique, quæ commento Papistico, non tum stabilis, quam colorando accommodet, & in frontispicio statim libri Ecclesiâ Christi in sole constitutam, ejusque visibilitatem perpetuam adumbratam it schemate *Mulieris, amicti sole, sub cuius pedibus est Luna, & in cuius capite Lunam, quæ est sub pedibus ejus, exponit de Veteri Testamento, à Johanne Theologo olim in celo visæ, & ab eodem Apoc. XIII. seq. descriptæ.* In *Introductione* autem in *Disputationes de Ecclesia pag. 2. n. 3. Solam*, quo amicta est mulier, explicat de Christo, Sole justitiæ, cujus splendor sit splendor Ecclesiæ: stellas, initialem habens fulgorem Ecclesiæ originem & successione trahat, doctrinam eorum partim scripto, partim traditione conservans. Ita ille. Equidem, si causam controversiam Auctor serio agat, nec illo trito forsitan: *Pelloribus atque Poteri cuncta lætæ; se ex dor spiritualis, quo super petram edificata Ecclesia intus, accensâ in credentium cordibus luce fidei, collustratur.* Fulgor etiam, quem à corona duodecim stellarum, Christus, sponsæ suæ, Ecclesiæ, coniert, non corporalis est, in hominum oculos incurrens, sed lux sive splendor cœlestis, in illuminandis hominum mentibus intus se exerens: vel si de prædicatione doctrinæ Apostolicæ externâ ejusque puritate explicentur stella duodecim, schema nostram adumbrabit Ecclesiam. In nostra enim sonat prædicatione doctrinæ Apostolicæ videtur. Sed pluribus hæc persequi, præsentis instituti non est. Faciet id Clarissimus Vir, DN. JOHANNES GVILJELMUS BAJER, Philosophiæ Magister, & SS. Theol. Candidatus dignissimus, aliquot lectionibus solennibus: de cujus vita & studiis hæc, pro & Mercator integerrimus, *ὁ ἐν ἀγῶνι*; Mater, quæ Dei gratiâ adhuc superflua est, SUSANNA, DN. CONRADI SCHRÖCKII, Mercatoris quondam Norimbergensis & Numerosioris Senatus Adjuncti filia, Matrona ferventi pietatis studio, omnibusque sui sexus tissimè. Mater enim charissima, elapso anno alteri marito, DN. LEONHARDO BÜCHNERO, item Mercatori & Senatus Numerosioris Adjuncto, pie memorie, junctâ, ut filium unicum diligebat impense, ita nihil eorum intermitteret, quæ ad rectam illius educationem virtutisque studium, in eo excitandum roborandumque facere possent. Itaque in prima adhuc pueritia, præter præceptorem domesticum, DN. M. Johannem Leonhardum VVilhelmum, hodie in oppido Norimbergensium Hirshbrucce Ecclesiæ Ministrum vigillè eruditus est. Hoc è vivis sublato, nactus est in Schola eadem præceptores sui æque amantes, Viros Amplissimos & Clarissimos, DN. M. Simonem Barumstetterum, & DN. M. Johannem Greumannum, illum tam temporis Scholæ Collegam, hunc Rectorem, hodie denuò vidua, pro suo tamen in filium propensissimo affectu de promovendis ejus studiis adhuc unice sollicita fuit. Adhibitis igitur in consilium Patronis optimis, quos inter non ultimus erat Vir plurimum Reverendus & Excellentissimus, DN. Martinus Beerius; Ecdexterrimorum, primùm quidem Viri Amplissimi & Clarissimi, DN. Georgii VVidmanni, Gymnasii Conrectoris; & deinde Viri admodum Reverendi & Excellentissimi, DN. M. Johannis Heldi, ejusdem Rectoris, & hodie Linguz sanctæ quoque in laudato Acroaterio Professoris Publici, utriusque de re literaria benè merentissimi, biennii spacio eos fecit progressus, ut Præceptorum judicio dignus haberetur, qui studiis altioribus admoventur: qui tamen dexterrimè Rectoris laudati informatione delinitus, annum dimidium diutius ill-plinas Philosophicis docentes, aliquandiu auscultaret. Frequentavit ergo biennium ferè lectiones publicas Virorum plurimum Reverendorum & Excellentissimorum, DN. Johannis Michaelis Dilberri, h. m. Linguam sanctam, Ethicam & Politicam; DN. Danielis VVulstoriæ, in Poësi autem Persiæ & Bucolicæ Virgiliæ proponendum & explicandum. Quò accessit & privata informatio modò laudati Anoldi, quæ nostrum cum paucis aliis in eloquentiæ studio gnæviter exercuit, ejusque profectus, indefessâ industriâ jam tum acce patriæ Secretario dexterrimo, Altdorffium properavit, studiis altioribus animum applicaturus, idque cum suo magno emolumento. Ivenit enim Altdorff cognatum sui amatissimum, Virum plurimum Reverendum & Excellentissimum, DN. JOHANNEM CONTINQUE docentem assiduò audivit; publicè quidem in Philosophicis Ethicam, primò dogmaticam, deinde paradigmaticam; in Theologicis dicta Scripturæ V. & N. T. præcipua, juxta seriem Locorum Theologicorum; item Articulos Confessionis Augustanæ ordine Diæterici; alteri Lectorio-Examinatorio-Disputatorio Locorum Theologicorum: in quibus omnibus auscultando, opponendo, respondendoque suam industriam satis superque probavit. Neque minùs veneratus est reliquos Lycei Altdorffii Professores Excellentissimos, DN. Frederici Reinbarts, Verbi Divini Ministri & SS. Th. P. P. celeberrimi, quorum illum in priorem Epistolam Pauli ad Corinthios commentantem; hunc Synopsin Theologiæ dogmaticæ, à se editam, exponentem audivit. In Disputationibus, quæ vocant, Circularibus mature emisit. Anno LXVII. d. Jan. XV. habuit Altdorff orationem publicam de *Socrate æquissimo*, eaque Veri Philosophi ideam disertè & eruditè depinxit, quæ etiamnum typis excusa extat. Anno eodem, mensè Majo, Disputationem Philosophicam de Pugna Asspondentis partes sustinuit, & Disputationem, ordine secundam, quæ erat de Cognitione Dei naturali & providentiâ, sub DN. Auctoris præsidio, tutatus est. Tantâ Professorum humanitate, dexterrimæque informatione Noster ubi Altdorff ultra quinquennium fructus *certi ingenii immorari atque inuiviri oportere eum, qui vellet aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat.* Quadriennium itaque apud nos commoratus, in pertexenda studiorum telâ pari curâ industriæque laboravit, & præterquam quòd Lectiones ac Disputationes nunquam non intentus rerumque suarum satagens interfuit: cujus in opponendo ac respondendo perspicuitas & *dispositio* mirificè me delectabat. Quin & è Cathedra publica plus simpliciter vice auditis est; è Philosophicâ quidem in Disputationibus de Scientiâ & igho-Disputatione de Concilio Nicæno, suo Marte judicio accurato elaboratâ, DN. Zvoickero, & Christoph. Sandio, hujus nostræ ætatis Anti-Trinitariis oppositâ; iterumque sub meo Præsidio, in Disp. VII. partis I. de Ecclesiâ, Respondentis partes sustinens. Nuper is nomen suum perfecta erat. Admissus itaque nudiùs tertius ad examen præliminare, suam solidam in Theologia eruditionem ita nobis probavit, ut ad ulteriora specimina fores ei aperire nihil dubitarem. Crastino igitur die, horâ X. in Auditorio Theologico initium faciet à Le- adumbrari. Quam panegyrim, ut Magnificis DN. Rector, ceterique Patres & Cives Academici omnium Ordinum lectissimi, honoratissimi, sua honorificâ præsentia condecorare velint, officiosè & amanter rogo, atque contendo. P. P. VI. Calend. Aug. A. D. M. DC. LXXIII.

Literæ Bambergensium

JOHANNES MUSEUS THEOLOG. D. T. P. P.
DECANUS FACULTATIS THEOLOGICAE



[The main body of the page contains several columns of text, which is extremely faint and illegible due to the age and fading of the document.]